



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

Dominica XXXIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

R E S P. Nullo modo. Nam, vt scriptura testatur, nec impudici, nec idololatræ, nec adulteri, nec fures, nec auari, nec ebriosi, nec coniunctores, nec raptore, hæreditatem regni Dei consequentur^a.

^a1.Cor.6.9.10.Eph.5.5.1.Ioh.3.15.

R E S P. Vera peccatorum remissio, & lætitia in Deo per Christum^a, & serium operosum ac promptum studium instituendi vitam ex voluntate Dei omniaque bona opera exercendi^b.

^aPs.51.10.Ps.51.14.^bRom.7.21.22.Rom.6.13.

DOMINICA XXXIII.

QUÆSTIO LXXXVIII.

Quibus partibus constat Conuersio hominis ad Deum?

R E S P. Remissione peccatorum: Mortificatione veteris, & viuificatione noui hominis^a.

^aEph.4.22.23.24.Esa.1.16.

De remissione peccatorum actum supra quæst.8.4.

QUÆSTIO LXXXIX.

Quid est Mortificatio veteris hominis?

R E S P. Non quidem, propriè verè & ex animo dolere, quod peccatis tuis Deum offenderis^a, ea que magis ac magis odire & fugere^b: Sed passionem ac appetitum in ordinem redactio sub lege Christi.

^aIocel.2.12.13.2.Cor.7.10.Psal.51.6.Mat.26.75.^bRom.12.9.Amos5.5.

QUÆSTIO XC.

Quid est Viviificatio noui hominis?

R E S P. Vera peccatorum remissio, & lætitia in Deo per Christum^a, & serium operosum ac promptum studium instituendi vitam ex voluntate Dei omniaque bona opera exercendi^b.

^aPs.51.10.Ps.51.14.^bRom.7.21.22.Rom.6.13.

QUÆSTIO XCI.

Quæ sunt bona opera?

R E S P. Tantum ea, quæ ex vera fide^a, secundum legem Dei & Ecclesiæ flunt, & ad eius solius gloriam referuntur^c; non ea autem, quæ à nobis erronea opinione recti conficta^d, aut ab hominibus tradita sunt^e superfliosæ.

^aHebr.11.6.Heb.11.4.^bLeu.18.4.Deut.12.32.Ezech.20.19.^c1.Cor.10.31.^dDeu.12.8.^eMat.15.9.Esa.29.13.

QUÆSTIO XCII.

Quid est Lex Dei?

R E S P. Loquutus est Deus omnia verba hæc.

Exo.20.3.Deut.5.4.

Versio est non proba: distinctio præceptorum est numerata nouatè: lensus, Communi Versioni consonus: Translat.

Primum præceptum.

Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te ex Aegypto, domos servitutis. Non habebis Deos alienos in conspectu meo.

Ne sculpas tibi simulacrum, nec ullam
imago-

imaginem effingas eorum, quæ aut supra
sunt in celo, aut infra in terra, aut in a-
quis sub terra: neque incurves te illis, ne-
que colas ea.

Ego enim sum Dominus, Deus tuus,
fortis Zelotes, vindicans peccata patrum
in filiis, idque in tertia & quarta proge-
nie eorum, qui derunt me; & misericor-
dia viens in millesimam eorum, qui dilig-
gunt me, & obseruant precepta mea.

Non committes adulterium.

Septimum.

Officium

Non furaberis.

Octauum.

Officium

Non dices contra proximum tuum fal-
sum testimonium.

Nonum.

Decimum

Tertium.

Secundum.

Ne usurpes nomen Domini Dei tui
temere. Neque enim Dominus dimittet
eum impunitum, qui nomen eius vanè u-
surpauerit.

Quartum.

Tertium.

Memento ut diem Sabbati sanctifi-
ces. Sex diebus operaberis, & facies omne
opus tuum. At septimo die Sabbathum erit
Domino Deo tuo; nec facies ullum opus,
nec tu, nec filius tuus, nec filia tua, nec ser-
vus tuus, nec ancilla tua, nec iumentū tuū,
nec aduena, qui est intra portas tuas. Nā
sex diebus fecit Deus cælum, terram, ma-
re, & quacunque in ipsis sunt, & requieuit
die septimo, ideoque benedixit diei Sabba-
ti, & sanctificauit eum.

Quintum.

Quartum.

Honora patrem tuum & matrem tu-
am, ut diu viuas in terra, quam tibi Do-
minus Deus tuus daturus est.

Sextum.

Quintum.

Nonoceides.

Septimum.

Sextum.

Non concupisces domum proximi tui.

Decimum.

[†] Non concupisces uxorem proximi [†] No-
tui, nec seruum eius, nec ancillam, nec bo-
uem, nec osinum, nec quicquam eorum,
qua sunt proximi tui.

QVÆSTIO XCIII.

Quomodo dividuntur hæc pre-
cepta?

R E S P. In duas tabulas ^a; quarum
prior ^{*} tribus præceptis tradit, quo ^{* quatuor}
pacto nos erga Deum geramus ^b:
posterior [†] septem præceptis, quæ of-
ficia proximo debeamus ^c.

^a Deut.10.34. Matt.22.40. ^b Matt.22.37.
38. ^c Mat.22.39.

DOMINICA XXXIV.

QVÆSTIO XCIV.

Quid postulas Deus in Primo
præcepto?

R E S P.

